

bus ante baptismū disputare: & rem in baptisate mortuā: imo cū christo uiuificatā in calūniam trahere: cum tam apertū: euidensq; præceptū nemo custodiat: heri cathecuminus: hodie pontifex: heri in amphiteatro: hodie in ecclesia: uespe in circo: mane in altari: dudū fautor histrionū: nunc uirginū consecrator. Num ignorabat apostolus tergierationes nostras: & argumentorū ineptias nesciebat: qui dixit unius uxoris uir: ipse mādauit irreprehensibilē sobriū prudentē ornatū hospitalē doctore modestū: non uinolentū: non p̄cussorē: non auarū: non neophitū. Ad hæc omnia claudimus oculos: solas uidemus uxores. Quod autē ait ne in superbiā elatus incidat in iudiciū diaboli: quis non exēplo uerū prober? Ignorat momētaneus sacerdos humilitatē & mansuetudinem rusticorū. Ignorat blanditias christianas: nescit se ipsū contēnere: de dignitate transserē ad dignitatē: non ieiunauit: non fleuit: & non mores suos sæpe reprehendit: & assidua meditatione corripit: nō substantiā pauperibus erogauit. De cathedra quodāmodo ducitur ad cathedrā: id est de superbiā ad superbiā. Iudiciū autē & ruina diaboli: nulli dubiū quin arrogantia sit. Incidunt in eā qui in puncto horæ: nec dū discipuli iā magistrisunt. Oportet autē eū & testimoniū habere bonū ab his qui foris sunt: quale principiū: talis & clausula. Qui irreprehensibilis est: nō solū a domesticis: sed ab alienis consono ore laudat. Alieni & extra ecclesiā sunt: iudæi: hæretici: atq; gentiles. Talis ergo sit pontifex christi: ut q̄ religioni detrahunt: uitæ eius detrahere non audeant. At nūc plerorūq; cernimus: uel fauorē populi in aurigā: modū præcio redimere uel tanto oīum hoīum odio uiuere: ut non extorqueant pecunia: quod minime ipetrant gestibus. Hic fili Oceane sollicito timore perquire: hæc magistri ecclesiæ custodire debebant: hos in sacerdotibus eligendis canones obseruare: non iuxta propria odia & priuatas similitates: carpentēq; semp̄ auctorē suū inuidiā legē christi interpretari. Vide q̄tum sit testimoniū huius: quē arguunt mariti: cui præter uinculū: cōiugale: & hoc ante baptismū: nihil aliud ab æmulis obiici potest. Qui præcipit non mœcchandū: ipse dixit & non occides. Si nō mœcchamur: sed occidimus: transgressores legis sumus: qui totam legem seruauerit: & offenderit in uno sit omnium reus. Itaq; cū opposuerint nobis uxore ante baptismū: nos ab eis omnia quæ post baptismum præcepta sunt requiramus: prætereunt quod non licet: & obiiciunt quod concessum est.

Hieronymi ad Alipiū & Augustinū episcopos eorū opera atq; auxilio hæresim cælestinā extinctā gratulantis: & excusantis quare contra libros Aniani pseudo diaconi rescribere distulisset. Epistola. L.

Dominis uere sanctis atq; omni affectione ac iure uenerandis Alipio & Augustino episcopis Hieronymus in Christo salutē. Sanctus Innocentius præbyter qui huius sermonis est portitor: iāno præterito quasi nequaq; in africā reuersurus: mea ad dignationē uestrā scripta non sūpsit. Tamen deo gratias agimus: q̄ ita euenit: ut nostrū silentiū uestris epistolis uiceretis. Mihi eni omnis occasio gratissima est p̄ quam scribo uestræ reuerētix: testē inuocans deū: q̄ si posset fieri assūptis alis columbæ uestris amplexibus implicarer. Sæper quidē pro merito uirtutū uestrarū: sed nunc maxime quia cooperantibus & auctori bus uobis hæresis cælestina iugulata est: quæ ita infecit corda multorū: ut cū superatos dānosq; esse se sentiāt: tamen uenena mentiū non omittant: & quod solū possunt nos oderint: per quos putant se libertatē docēdæ hæreseos perdidisse. Quod autē q̄ritis utrum rescripserim contra libros Aniani pseudo diaconi celedensis: qui copiosissime pascitur: ut alienæ blasphemix uerba friuola subministret: sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre nostro Eusebio præbytero suscepisse: non ante multū temporis: & exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctæ & uenerabilis filix uestræ Eustochii ita doluisse: ut prope modū contēnendos putarem. In eodē eni luto hæsitat: & exceptis uerbis tinulis atq; emendicatis nihil aliud loquitur. Tamen multū egimus: ut dū epistolæ meæ respondere cōnatur: apertius se proderet & blasphemias suas oibus patefaceret. Quicquid enim in illa miserabili synodo dispolitana dixisse se denegat: in hoc opere confitetur: nec grande est ineptissimis neniis respondere. Si autem dominus uitam tribuerit: & notarioꝝ habuerimus copiā: paucis lucubrationibus respondebimus: non ut cōuincamus hæresim emortuā: sed ut imperitiā atq; blasphemiam eius nostris temporibus confutemus. Meliusq; hoc faceret sanctitas uestra: ne compellamur contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij communes Albina Piniamus & Melania plurimū uos salutant. Has litterulas de sancta Bethleem sancto præbytero Innocentio dedi præferendas. Neptis uestra Paula miserabiliter præcatur: ut memores eius sitis: & multum uos salutat. Incolumes uos & memores mei domini nostri iesu christi tueatur clāmentia domini uere sancti atq; omnium affectione uenerabiles patres.

Eiusdē ad Augustinū de zelo fidei cōtra hæreticos gratulatoria & de odio & de p̄secutiōe eorū. Epistola. LII.

Domino sancto ac beatissimo papæ Augustino Hieronymus. Omni qdē tēpore beatitudinē tuā eo quo decet honore ueneratus sū: & habitantē in te dilexi dominū saluatorē: & nūc si fieri potest cumulo aliqd addimus & plena cōplemus: ut absq; tui nominis mentione ne unā qdē horā præterire patiamur: qui cōtra flātes uetos ardore fidei p̄stitisti: maluistiq; q̄tū in te fuit solus liberari de sodomis: q̄ cum pereuntibus cōmorari. Scit qd dicā prudētia tua. Macte uirtute i orbe celebraris: catholici te conditorē antiquæ rurū fidei uenerantur: atq; suspiciunt: & quod signū maioris gloriæ est: omnes hæretici detestantur: & me pari persequuntur odio: ut quos gladiis nequeāt uoto interficiant. Incolumē & mei memorē te christi domini clāmentia tueatur domine uenerande & beatissime papa.

Ad eundem de eiusdē hæreticorum perfidia: & ut opinor de origenianis loquitur: quorum hierosolyma p̄ Ioannem episcopum impium dogma deciderat. Epistola. LIII.

Multi utroq; claudicāt pedes: & ne fractis quidem ceruicibus inclinant. habētes effectum erroris pristini: cū prædicandi eandē non habeant libertatē. Sancti fratres qui cū nostra sunt paruitate præcipue sancti

Episcopos q̄ntos

inuidia auctorem carpit suū

Synodus dispolitana

sanctæ ac uenerabiles filia tuæ simpliciter te salutant. Fratres tuos dominū meū, Alipiū & dominū meū Euo / diū ut meo nomine salutes: præcor coronā tuā. Capta Hierusalē tenet a Nabuchodonosor: nec Hieremia uult audire consilia: quin potius ægyptū desiderat ut moriatur in taphnes: & ibi seruitute pereat sempiterna.

h Actenus de hæreticis eorūq; dogmatibus & apologiæ contra eorum calūnias scripta sunt præmissa. Nunc incipit quartus tractatus primæ partis principalis: & primo de origine animæ quæstio præter mittitur: quæ ad fidē pertinet: & ex Origenis errore descendit.

Beati Hieronymi ad Marcellinum & Anapsychiam de origine animæ catholicorum atq; hæreticorum sententias referentis.

Epistola. LIII.

d Omnis uere sanctis atq; omni officioꝝ charitate uenerādis filius Marcellino & Anapsychiæ Hieronymus in christo salutē. Tandē ex Africa uestræ litteras unanimatis accepi: & non me penitet impudentiæ: qua tacētib; uobis epistolas meas frequenter ingessi: ut rescriptū mererer: & uos esse sospites nō aliis nūciantibus: sed uestro potissimū sermōe cognoscerē. Super animæ statu memini uestræ quæstionis: imo maxime ecclesiasticæ quæstionis: Vtrū lapsa de cælo sit ut Pythagoras philosophus: omnesq; Platonici & Origenes putant aia. An a propria dei substantiā: ut Stoici Manichæus & Hispaniæ priscilliani hæreses suspicant. An in thesauro habeant dei olim cōditæ: ut quidā ecclesiastici stulta persuasione cōfidunt. An quotidie a deo fiant: & mittant in corpora: secundū illud quod in euangelio scriptū est. Pater meus usq; modo operat: & ego operor. An certe ex traduce: ut Tertullianus Apollinaris & maxima pars occidentaliū autumat ut quomodo corpus ex corpore: sic aia nascat ex anima: & simili cū brutis animātib; conditione subsistat. Super quo quid mihi uideatur in opusculis contra Ruffinū scripsisse me noui: aduersus eū libellū: quē sanctæ memoriæ Anastasio episcopo romanæ ecclesiæ edidit: in quo lubrica & subdola: imo stulta cōfessione: dū auditorū simplicitati illudere nitit: suæ fidei: imo perfidiæ illulit quos libros reor sanctū parentē uestrū habere Oceanū: olim enī editi sunt multis Ruffini libris aduersus calūnias respondēt. Certe habes ibi uirū sanctū & eruditū Augustinū episcopū: qui uiua ut aiunt uoce docere te poterit: & suā: imo per se nostrā explicare sententiā: & Ezechielis uolumē oli aggredi uoluit: & sponsonē creberrimā studiosis lectoribus reddere: sed in ipso dictandi exordio: ita animus meus occidentalium prouinciæ: & maxime urbis romanæ uastatione cōfusus est: ut iuxta uulgare prouerbiū: propriū quoq; ignorare uocabulū: diuq; tacui sciens tēpus esse lachrymarū. Hoc autē āno cū tres explicasse libros: subitus impetus barbarorū: de quibus tuus dicit Virgilius. Lateq; uagantes Barchæi: & sancta scriptura de Ismahel contra faciē oīum fratru suorū habitabit: sic ægypti limitē: palæstinæ: phœnicis: Syriæ percurrit in lar torrentis cuncta secū trahens: ut uix manus eorū misericordia christi potuerimus euadere. Quod si iuxta inelytū oratorē silent iter arma leges: q̄to magis studia scripturarū: quæ & librorū multitudinē & silētiū: ac librariorū sedulitate quodq; propriū est securitate & ocio dictantiū idigent. Duos itaq; libros mihi sanctæ filia meæ Fabiolæ: quorū exēpla si uolueris: ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia q̄ppe tēporis alios describere non potui: quos cū legeris & uestibula uideris: facilis cōiectura erit: qualis ipsa sit futura domus. Sed credo i dei misericordia: qui nos audiuit in difficillimo principio supradicti operis: q̄ ipse adiuuet & in penulimis pphetæ partibus in quibus Gog & Magog bella narrantur: & in extremis in quibus sacratissimi & inexplicabilis tēpli ædificatio: uarietas mensuræq; describitur. Sanctus frater noster Oceanus: cui uos cupitis cōmendari: tātus & talis est: & sic eruditus in lege domini: ut absq; nostro rogatu instruere uos possit: & nostrā super cūctis quæstionibus scripturarū: pro modulo comunis ingenii explicare sententiā. Incolumes uos & proluxa ætate florētes: christus deus noster tueatur omnipotens domini uere sancti.

Beati Augustini hipponiēsi episcopi ad Hieronymū de origine aia: ubi sciscitat ab illo: si illa snia seq̄nda sit: q̄ nascētib; singulis aia de nouo creatæ ifundant: quomodo sit satisfaciendū q̄renti: ubi cōtraxerit aia reatū quo trahat in condēnationē: nisi p sacramentū baptisimi illi gratia christi subuenerit. Epistola. LIIII.

d Eum nostrū qui nos uocauit in suū regnū & gloriā: & rogauit: & rogo: ut hoc quod ad te scribo sanctæ frater Hieronyme: cōsulēs te de his quæ nescio fructuosū esse nobis uelit. Quāq; enī te multo q̄ ego sum ætate maiore: tamen etiā ipse iam senex cōsulo. Sed ad discendū quod opus est: nulla mihi ætas fera uideri potest: quia & si senes magis decet docere q̄ discere: magis tamen discere q̄ quid doceant ignorare. Nihil equidē molestius fero in omnibus angustiis meis: quas patior in difficillimis quæstionibus q̄ in tam longinquo tuæ charitatis absentia: ut uix possim meas dare uel recipere litteras tuas: per interualla non dieꝝ: non mensū sed aliquot annorū: cū si fieri posset: quotidie te presentē habere uellē: cū quo loquerer quicquid uellē. Nec ideo tamen non debui facere quod potui: si nō potui totū quod uolui. Ecce uenit ad me iuuenis religiosus: catholica pace frater: ætate filius: honore cōpresbyter noster Orosius uigil ingenio: paratus eloquio: flagrans studio: utile uas in domo domini esse desiderans: ad refellendas falsas perniciosasq; doctrinas: quæ animos hispanorū multo infelicius q̄ corpora barbaricis gladiis trucidarūt. Nā inde ad nos usq; ad Occani littore properauit: fama excitus: q̄ a me posset de his quæ scire uellet: quicquid uellet audire. Neq; nullū cepit aduentus sui fructū: primo ne de me multum famæ crederet: deinde docui hominē: quod potui: quod autē non potui: unde discere posset admonui: atq; ut ad te iret hortatus sum. Quā in re cōsiliū uel præceptū meū cū libenter & obediēter acciperet: rogauit eū: ut abs te ueniens per nos ad propria remaneret. Quā eius sollicitationē tenēs occasionē mihi credidi a domino esse cōcessā: qua tibi scriberē de his quæ p te scire cupio. Querebā enim quem ad te mitterem: nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agendi & alacritate obediēdi & exercitatione peregrinandi. Vbi ergo istum iuuenem expertus sum: eū ipsum esse qualē a domino petebā: dubita

.CXVIIII.

Virg.

Silentiū uel arma leges.

*Nulla ætas eredo
ad discendum.*